

ipse ad num. 4. aliis relatis dicit veriorum esse sententiam...

97 Ceterum hec ratio tantum probat hanc partem, in quo adesse communis error cum eo titulo premissum...

98 Tertio conclusio. Religiosus potest esse cubicularius Episcopi...

99 Hoc tamen intelligendum est, quando religiosus esset exemptus...

100 Quarta conclusio. Religiosi possunt esse testes, tam iudiciales...

101 Quod quidem verum est, etiam si fratres Franciscani sint...

102 Præterea illud verum est, etiam si in testamento illo aliquid relinquatur...

vestes consecrarentur. Quod in priori casu fit solius communitatis utilitas...

103 Sed duplex oritur difficultas. Prior est, an exigatur superioris licentia, ut religiosus testificetur...

104 Atque etiam religiosi Societatis JESU possunt testificari de licentia suorum superiorum...

105 Sed difficultatis punctus est, an religiosi sint testes instrumentarii...

106 Ceterum multo verius est, nullam exigi superioris licentiam, ut monachus testis instrumentarius sit...

107 Posterior difficultas est, an si religiosus testificetur abique superioris licentia...

108 Sed verius est, id testimonium valere, quia nullibi irritatur...

109 Quidam temperant, si religiosus ille sponte deponat, secus si coactus...

110 Alii temperant, nisi pars defectum licentiae ad testificandum opposuisset...

CAPUT XIV.

De aliis rebus extrajudicialibus religioso interdicitis.

SUMMARIUM.

Religiosus nequit eligere sepulcrum, et quando factum tempore subacti...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

Quid si praelatus eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

excessibus praelatorum, ubi tamquam iniquum arguit consuetudinem clericorum...

4 Quod si moriatur ita remotus a monasterio non electa sepultura, aut tenendo non posse eligere...

5 Tenebiturque monasterium expensas factas in eius monachi sepultura...

6 Utrum autem possit Abbas pro religioso eligere sepulcrum, affirmat Manuel...

7 Rursum difficultas est, an ipse religiosus praelatus possit sibi eligere sepulcrum...

8 Quod si praelatus hic eligere sepulcrum, et postea decedere finita praelatura...

9 Similiter monachus, qui praeest Prioratu manuali, potest sepeliri in monasterio...

10 Tandem novitius potest eligere sepulcrum, quia de hoc non est verum...

11 Sed duplex restat circa hoc novitius difficultas. Prior est, ubi sint sepeliendi...

12 Quodam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si fuerint saeculares...

13 Quodam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si fuerint saeculares...

14 Quodam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si fuerint saeculares...

15 Quodam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si fuerint saeculares...

16 Quodam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si fuerint saeculares...

17 Quodam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si fuerint saeculares...

18 Quodam dicunt sepeliendos esse in Ecclesia, in qua, si fuerint saeculares...

12 Posterior difficultas est, quibus expensis sepeliendi sint novitii. Videtur enim non monasterii expensis sepeliendi, cum non sint veri religiosi. Sed dicendum est, si patrimonio careant, esse expensis monasterii eos sepeliendos: quia sunt a monasterio admissi, ut experiantur, & sunt membra illius, & inhumanum esset eos sepultos relinquere. Si vero patrimonio habeant, sunt illius expensis sepeliendi: quod non sint veri religiosi, & si tunc monasterium eos sepeliat, repetet expensas ab herede. Ita docent Petrus de Usualibus de canonis, Episcopalis cap. 13. num. 3. Manuel q. regular. tom. 3. q. 60. art. ultim. Quibus addo, servandam esse consuetudinem, si ea habere, ut in quocumque casu expensis monasterii sepeliantur.

13 Hinc est, ut si novitius distans a monasterio, ubi ex superiori obedientia erat, moriatur, teneatur monasterium expensas ab aliquo factas in eo funere solvere, quando teneatur, si in monasterio moretur, quia eadem, est ratio, sicut dixi nu. 5. de professo moriente extra monasterium.

14 Sed quid dicendum, si novitius ille patrimonio careat ac parentes eius superstites sint, ac divites, an incumbat parentibus solvere eas funeris expensas, quia si in domo parentum moretur, eorum esset sepelire? Existimatio in hoc servandam esse consuetudinem receptam in ea religione, & seclusa ea consuetudine petendi eas expensas, sepeliendum esse expensis monasterii, quia in eius obsequio, & sub eius obedientia obit separatus omnino, licet revocabilitur, a cura paterna.

SUMMARIUM

Religiosis, clericis, & habitibus sufficientibus beneficiis qualiter interdicitur usus chirurgiae, & omnia interdicia clericis in facris constitutis, & quibus beneficiis beneficiis habitibus? num. 1. An liceat causa pietatis? num. 16. An liceat his artem chirurgicam ab ipse incisione, & adhesionem, & quod medicam exercere? proponuntur probantia non licere, num. 17. Explicatur sententia auctoris, & solvantur contraria? nu. 18. An liceat erga miserabiles, & cognatas personas? nu. 19. Quod privilegium habeat circa hoc Societas JESU? num. 20.

15 Secundo interdicitur religiosis, & quibuscumque clericis secularibus in facris constitutis, vel etiam constitutis in minoribus, si hi sufficientes beneficiis ad vitam habeant, exercere artem chirurgicam cum incisione, vel adhesionem. De clericis constitutis in facris constat ex c. sententiam sanguinis, ne clericis, vel monachis: de religiosis constat ex c. tua nos, de homicidiis, de constitutis in minoribus habentibus sufficientes beneficiis nullus est textus, & a omnia interdicia clericis in facris constitutis, censentur quoque interdicia habentibus beneficiis sufficientibus ad vitam, ut docent Navarrus summa cap. 25. nu. 112. v. 33. c. comm. a. nu. 28. de regul. Atque ita loquentes de omnibus his docent Abbas de c. sententiam sanguinis nu. 21. Angelus verbo medicina nu. 11. c. ubi Sylva, q. 2. Armilla num. 4. Tabiena verbo medicina, quest. 3. Navarrus summa cap. 25. num. 110. Quare dum Armil. verb. irregularitas num. 47. ait hujusmodi officium interdici quoque clericis in minoribus constitutis, intelligendus est iuxta praedictam doctrinam, quando sufficientes beneficiis habent.

16 Quod adeo verum est, ut nec causa pietatis id liceat, ut bene tradunt Anton. c. tua nos n. 4. de homicidiis, & ubi Abbas num. 5. Scivias nu. 3. quod intelligi quando incitio, vel adultio intervenire debet. Si enim haec non interveniant, licebit aliquando causa pietatis, sicut de arte medicinae dicemus nu. 19. Atque ita docent Armilla, verbo irregularitas nu. 47. Navarrus summa c. 25. num. 110.

17 Sed difficultas specialis est, an interdici quoque his omnibus sit artem medicinae, seu chirurgiae abique incisione, & adhesionem exercere? Ratio dubitandi est, quia nullus reperitur textus id prohibens. Secundo, quia c. tua nos, de homicidiis, debentur monachum exercere artem chirurgicam cum incisione esse irregularem, secuta inde morte, quamvis debentur adhiberi diligentiam ad eam vitandam: & redditur ibi ratio, quod delinquit exercens artem sibi interdiciam. Et tamen cap. ad aures, de arate, & qualitate, respondet Clemens III. Colonienis Canonico, cum non fuisse irregularem exercendo medicinam, secuta inde morte, si diligens ad eam cavendam fuerit. Ergo sentit textus non tribui canonico culpae exercere artem medicam, aliis esse quoque irregulares, quavis diligentia apposta. Et ita Cardin. ibi num. 2. c. Covarr. Clemens, si furiosus, de homicidio 2. p. 3. num. 3. vers. sic, & idem colligunt ex eo textu, exercitium hujus artis non esse clericis, vel monachis interdiciam, atque adeo non imputari illis ad irregularitatem mortem inde abique sua culpa subsecutam, quippe qui rei licite operam dent. Atque ita uterque hic auctor videtur clare hujus sententiam, & idem videtur sentire Manual. 1. tomo summo 2. editioe c. 177. num. 12. dicens expressis non esse eis interdiciam: sed postea vacillat, dicens de decore eorum statum, & probable esse, nullam esse culpam aliquando medica arte anti ea iusta pietatis, aut necessitatis causa.

18 Extendum tenendum est, interdici quoque artem medicam exercere religiosis, & clericis secularibus in facris constitutis, & quibuscumque beneficiis habitibus, dummodo sit sufficientes ad vitam. Atque ita docent Rosell. verb. medicina in facris, & ubi Angelus num. 11. Sylva, q. 2. Armil. nu. 4. Tabiena verbo medicina q. 3. Navarrus summa c. 25. nu. 110. Idem docet Abbas c. sententiam sanguinis nu. 22. ne clericis, vel monachis, de sacerdotibus, & regularibus, & quibuscumque aliis habitibus sufficientibus beneficiis, quamvis id neget de constitutis in diaconatu, & subdiaconatu, si praedicti beneficiis careant, ductus, quia ratio, qui ipse insinuat, id non probat de constitutis in diaconatu, vel subdiaconatu carentibus eo beneficio. Sed versus est, omnibus quoque istis interdici, ut tenent Doctores allegati. Sed in reddenda hujus rei ratione variant auctores, Abbas enim eam reddit rationem, quod sacerdotibus, & religiosis prohibetur studium medicinae, propter exercitium eius cavendum cap. finali, ne clericis, vel monachis. Ergo a fortiori prohibetur exercitium, Ceterum haec ratio nullus est momenti. Primum, quia licet cavere exercitium sit facis illis legibus, commune Theologorum axioma est, finem praecipi non cadere sub praecipto; aliis cum textus ille eam reddat eius prohibitionis rationem, ut studium Theologiae amplietur, inferretur inde teneri hos huic studio vacare, quod nemo admittit. Secundo, quia textus solum desiderium ampliationis studii Theologiae explicat, tamquam eius prohibitionis rationem, Tertio, quia pariter prohibetur ibi eisdem studium legum: & tamen non interdicitur exercitium ei, qui illas didicit, consulendo, sive verbo, sive scripto, ut dixi cap. praecedenti num. 19. c. 20. dummodo non sit advocatus, quia hoc officium est specialiter interdiciam c. 2. de postulando. Quarto, quia si in eo textu censetur interdiciam hoc exercitium, dicendum quoque esset hoc communicatum in eo contentum ad ipsos studentes incidiendum incurere, quod nullus dicit. Quare legitima ratio est, quam tradit Navarrus praedicti allegatus, quia licet nullo iure interdiciam sit exercitium harum artium nisi quando chirurgiam cum incisione, vel adhesionem exerceret, censetur tamen praedicta interdiciam, eo quod sint secularia negotia, & eorum statum decentiam, per generale prohibitionem contentam toto titulo, nec clericis, vel monachis secularibus negotiis se immiscant. Quare non obstant rationes contrariae adductae num. praecedenti. Nam ad 1. constat ex ratione proxime adducta. Ad 2. ad id non temperandum operam rei prohibita, ex qua sequitur mors, esse irregularem, sed quando specialiter prohibita est ob mortis periculum inde imminens. Et ideo, quia chirurgiam cum incisione, aut adhesionem hoc periculum interdicitur clericis, iure optimo, tamquam dantes operam rei sibi ob interdiciam incident in irregularitatem, secuta inde morte, quantumcumque diligentiam in ea vitanda adhibuerint. Quia tamen chirurgiam circa incisionem, & adhesionem, & ars medica non interdicitur clericis propter mortis periculum, sed quod statum eorum culpa mors subsecutur. Et hoc est, quod in eius textus expositione voluerunt dicere Carinalis, & Covarr. num. praecedenti allegati, dum dicunt, hunc clericum medicinae vacantem excusari ab irregularitate, quod operam rei non interdiciam sibi dederit: volunt enim dicere rei sibi non interdiciam ob periculum mortis, quale interdiciam exigebatur, ut mors subsecuta ei imputaretur ad irregularitatem.

19 Hoc tamen temperandum est, nisi causa pietatis id munus exerceret erga miserabiles, & cognatas personas, dummodo nullum mortis subsecquendum periculum immineret. Sic Rosella, Angel. Navarrus, Tabiena, Armilla num. praecedenti allegati. Quare gratis dicitur esse, ut bene Rosella, Angel. Sylva, Tabiena, & Armilla ibidem. Quia quando pretio accepto id munus obitur, non dicitur causa pietatis obiri.

20 Id demum observandum est, Societatem JESU eo privilegio frui, ut omnes ejus religiosi medicinae periti possint mederi quibuscumque infirmis, sive domesticis, sive externis, quando medici seculares commodè haberi nequeunt: dummodo id fiat ex superioris licentia, & citra adhesionem, & combustionem per seipsos faciendam. Idem est concessit Gregor. XIII. in quadam Bulla, & referunt in compendio privilegiorum ejus, verbo Medici, numero unico, ubi Pater noster Generalis concessit omnibus Societatis JESU superioribus facultatem hujus licentiae concedendae.

SUMMARIUM

Quotplex sit tutela? num. 21. Religiosi nequeunt esse tutores dativi, vel testamentarii? num. 22. Si autem tutelam suscipiant, totum est irritum? nu. 23. Quid de tutela legitima? referunt quaedam sententia nu. 24. Explicatur sententia auctoris, nu. 25. Quid si tutela sit miserabilium personarum? num. 26.

21 Secundo interdicitur religiosis tutelam alicujus personae suscipere. Praemitendum est, triplicem esse tutelam: quaedam est testamentaria; id est, data in testamento a patre suis filiis: alia est legitima, id est, quae lege deter-

defertur consanguineis successuris ab intestato, quando patet nullum in testamento designavit tutorem: alia est dativa, quae scilicet, quando non est tutor legitimus, aut testamentarius, aut si sunt, nolunt, aut nequeunt suscipere tutelam, designatur a iudice, ut docent omnes, & habetur l. regia 2. tit. 16. p. 6.

22 Certum ergo est, religiosis non posse esse tutores testamentarios, aut dativos; id enim interdicitur cap. finali, quod est ex Agerentis Concilio d. 86. c. 1. de Sanctissimis Episcopis §. Deo autem amabiles, collat. 9. c. l. regia 14. tit. 16. p. 6. & docent omnes auctores allegandi. Neque id possunt esse licentia fuorum superiorum, ut bene docent Angel. Sylva, Tabiena nu. sequenti allegandi, quia in prohibitione juris nequeunt id dispensare.

23 Quod si illam suscipiant, totum est irritum, quod gerunt, ut bene docet Azor. tomo 2. institut. moralium, libro 12. cap. 11. quest. 3. Et probatur, quia l. regia 14. utitur verbo (non potest) c. §. Deo autem amabiles auct. de Sanctissimis Episcopis, §. dicitur: monachos ex nulla lege tutores, aut curatores cuiuscumque persona fieri permittimus: quae verba denotant monachos nullo modo esse legitimas personas.

24 De tutela autem legitima difficultas est: quidam enim asserunt, monachos nullo modo posse cogi ad eam suscipiendam, at si velint eam suscipere, id ejus integritatem esse: sicut de clericis secularibus farentur auctores, & habetur q. §. Deo autem amabiles, ubi est hoc religiosi interdicitur, corrigitur per cap. finale d. 86. ubi ea tutela permittitur religiosis. Atque ita docent Glossa eo cap. finali verbo tutela, in 2. solutione, & ubi Turres, in fine Angel. verbo tutela, num. 1. c. ubi Sylva, q. 3. Tabiena quest. 1. nu. 2. Asserunt tamen Angelus, Sylva, & Tabiena exigi ad hoc licentiam superioris, idem tenet Azor. tomo 1. instit. moral. 12. cap. 11. quest. 3. ubi quamvis nondistinguit, sed absolute dicit, posse religiosum suscipere tutelam ex superioris licentia: at refert per se Sylva, verbo tutela q. 3. qui id de sola legitima asserunt, negans de testamentaria, vel dativa.

25 Ceterum veris est, nec legitimam tutelam integritatem monachis suscipere, ut expressè habetur c. §. Deo autem amabiles, & ead. l. regia 14. neque apparet ubi id corrigatur, d. c. fin. Et ita docent Glossa ibi, in 1. solutione Praepositi, & Archidiaconi ut eo refert, & sequitur Greg. Lopez ea, l. re in 14. verb. non puto. Rosella verbo, tutela, n. 2. Molina tomo 1. de iustitia, disp. 221. col. 3. vers. religiosus tutor. Ceterum hic dicitur monachos non miserabilium personarum, quam dicunt monachos non tantum posse, sed etiam teneri suscipere, per c. finale d. 86. c. 1. d. 88. c. Episcopos gubernationem, eadem d. 88. Atque ita docet Glossa eo c. fin. verbo tutela, in fine, & ubi Turres, in fine Rosella verbo, tutela num. 2. c. ubi Angelus, num. 1. Sylva q. 3. Armilla, n. 2. Tabiena q. 1. nu. 2. Sed in eo c. fin. nullum verbum imponens hanc obligationem invenio, & c. 1. d. 88. de Clericis loquitur, & d. c. Episcopos gubernationem, de Episcopis agit, nec cogit, ut per se suscipiant eam tutelam, sed per alium. Nec video quomodo possint ad hoc religiosi obligari, cum nec bona possideant, quae pro administranda tutela ulli obligationi subiciant, & tutela munus valde a religioso statu alienum sit. Et ideo existimo, nec harum quod optimè docuit Gregor. Lopez ea lege regia 14. verbo, non puto, dicens Episcopum nullam tutelam suscipere posse, praeterquam miserabilium personarum, quando nullus alius esset aptus ad id munus obsequendum; ad religiosum indistinctum non posse esse tutorem.

SUMMARIUM

An religiosus possit esse depositarius? num. 27. Quid in Societate JESU? nu. 28. An monasterium teneatur de deposito religiosi commendato, sicut pa religiosi pereat, ut ipse religiosus teneatur? nu. 29. An monachus possit dari pro noxa? nu. 30. An competat actio Abbati contra illum depositum commendatum monacho, vel eius comperto? nu. 31. An si Abbas videtur res depositas apud monachum scripti, vel pariter, neque obiter, cum possit, teneatur restituere? referunt quaedam sententia, nu. 32. Sententia auctoris, nu. 33. An monasterium, vel Ecclesia teneatur de deposito ipsi commendato, quando ejus culpa perit, infra aliorum depositariorum referunt quaedam sententia, nu. 34. Explicatur sententia auctoris? nu. 35. An monasterium, vel Ecclesia possint restituere contra eam culpam? nu. 36. Quando res deposita Ecclesiae, vel monasterio censetur, nu. 37.

27 Tertio agendum est de officio depositarii, quod quidem religiosus potest habere, ut expressè habetur l. regia 3. tit. 3. p. 5. Sed, ut bene ait Molina tomo 2. de iustitia disp. 525. col. antepenult. vers. non solum, male faciet religiosus, si sine consensu tacito, vel expresse, aut indubitanter praesumptio sui superioris id munus acceptet.

28 Atque in Societate JESU est specialis prohibitio, ut

constat ex regula 64. Refloris, & regula 69. Praepositi domini professus, ubi sic dicitur: Depositorum pecunia nullum premissus admittatur: aliarum vero rerum non nisi casualiter, dummodo sine aorum, quibus nullum debemus, aut aliqui in officio sine magna occasione denegari non possit.

29 Non tamen tenetur monasterium de deposito illo, quod culpa religiosi est deperditum, aut detortus effectum: etiam si Praelatus ille alicui religioso concedat licentiam uti depositarius sit, nisi quatenus res deposita in illa factum est locutionem conversa est, quod scilicet ex illa licentia illud restituendum, nisi quatenus ex eo monasterium factum est ditius c. delictum, de regulis iuris, in 6. Atque ita tradunt Molina tomo 2. de iustitia disp. 525. col. antepenult. vers. non solum Leonardus lib. 2. de iust. c. 27. dnt. 3. num. 12. qui bene addit, idem dicendum esse, si depositum sit apud Abbatem. Quia neque ex delicto peculiaris Abbatis tenetur monasterium, siquidem monasterium rem illam non accepit in depositum. Atque ideo constat ex eo c. de deposito, ubi dicitur, Ecclesiam non teneri depositi non sibi, sed persone commendati. Qualiter autem teneatur ipse monachus restituere, idem dicendum est, ac de aliis damnis per injuriam illatis a se: de qua re in tractatu de voto pauperum.

30 Nec potest monachus ille dari pro noxa: quamvis enim servum damnum inferentem teneatur dominus dare pro noxa, aut damnum solvere, l. 2. ff. de vocabulis actionibus. At monasterium nec tenetur de damno pro monacho dato, nec ipsum monachum pro noxa tradere, ut bene docet Navarrus comment. 2. nup. 62. de regular. quod religiosus sit liber homo, & res inestimabilis, & ideo commutari nequeat pro noxa estimabili. Quare minus bene Florianus l. §. servus communis, §. servus autem n. 2. ff. ad legem Aquilianam, ait teneri Abbatem de damno dato per servum fugitivum.

31 Nec quando res ita deposita erant apud monachum, ut nullo modo teneatur monasterium de illis, competit actio aliqua Abbati circa illas, sed solum domino, quia nullum jus habet in illas monasterium. Sic Innoc. c. cum olim, el. 2. n. 4. de privilegiis, & ubi Hostiensis, n. 14. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 6. §. 7. Rosella verbo monachis n. 8. c. ubi Tabiena q. 12. n. 13. Sylva verbo religio 6. q. 8. quod tamen ad hanc sententiam intelligo, ut non possit Abbas res illas petere actione rei vendicatio, potest puniri ab Abbate, tamquam a suo legitimo superiore, ut bene docet Molina tom. 2. de iust. disp. 525. col. antepenult. vers. non solum. Item poterit Abbas precipere monacho, ne amplius depositum retineat, vel illi rem depositam auferre, ut securus in monasterio custodiatur.

32 Tandem superest duplex difficultas. Prior est, an si Abbas videat res apud monachum depositas furtivi a monacho, vel alias culpa illius perire, nec obiter, potens facile oblatre, teneatur depositi? Aliqui dicunt peccare quidem: sed non teneri monasterium: aut ipsum Abbatem restituere, monacho non restituente: quod res illae soli personae monachi commendatae fuerint. Sed potest amplius probari, quod superior religionis in solorum religiosorum bonum, & utilitatem creatus sit, non autem ut indemnitati aliorum proficiat: sicut probabilissima sententia fuisse, consensu omittendo obligare penitentem ad restitutionem, non esse restitutioni obnoxium, eo quod eius officium in solam penitentem utilitatem institutum sit. Atque ita docet Hostiensis c. n. 14. de deposito. Tabiena verbo monachis, n. 13. q. 12. c. ubi Armilla, num. 13. limitans, nisi Abbas esset talis persona, quae prohibere debuisset.

33 Sed veris est teneri restituere, quia latum est discrimen inter religionis Praelatum, & consensualem: hic enim in solam penitentem utilitatem institutus est; ille autem, est per se primo in religiosorum bonum, est tamen institutus etiam ut iudex religiosorum, & ut illos tamquam iudex coerceat, & puniat. Quare licet lege iustitiae tenetur religiosum cogere, ut depositum illud domino possent restituat: ita eadem lege tenetur impedire damnum, quod inferri ab ipso videt, & potest impedire. Et confirmatur, quia consensuali a creditore requisitus, ut compellat penitentem ad restituendum, omittat compellere, non tenetur restituere, quia non est iudex inter partes. At Praelatus religiosorum non compellens religiosum restituere parti praesenti, tenetur utique. Et ideo hanc partem sustinet D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 6. §. 7. Rosella verbo monach, nu. 9. Sylva verbo religio 6. q. 8. Greg. Lopez l. 13. verbo a religioso tit. 3. part. 5. Tapia auct. ingressi verbo sua, c. 18. num. 17. c. de sacrosanct. Ecclesiae.

34 Posterior difficultas est, an monasterium, vel Ecclesia teneatur depositi apud ipsa relicti, quando culpa coram perit, eo modo, quo alii depositarii, quorum culpa perierit, teneantur? Quidam dicunt non teneri: & hoc non est privilegium Ecclesiae, nisi quando contractus in utilitatem utriusque intus est; ut quia pretio accepto depositum accepit, vel aliud lucrum inde reportavit. Ita docent Innoc. c. 1. n. 1. de deposit. c. ubi Hostiensis, n. 3. Jo. Andr. n. 9. Abbas n. 50. Henric. n. 2. additque Abbas, falcem hoc esse verum, cum gratia restitutionis faciendae esse opus res immobiles, aut pretiosas mobiles Ecclesiae distrahere, ex contractu hoc non inito in Ecclesia utilitatem adversis textum c. sine exceptione, 12. q. 2.

37 Ceterum dicendum est teneri non secus atque alios depositarios; tum quia nullibi in Ecclesia privilegium reperitur, tum etiam, quia hoc aperte colligitur a contrario sensu, ex cap. de deposito, quatenus textus ille ponderat non Ecclesia depositi teneatur, non ipsi, sed singulari persone id commendatum esse. Atque ita docent Gloss. ex cap. 1. verbo persone, et ibi Anton. nu. 5. et 13. Imola nu. 5. et 16. Card. num. 2. notab. 3. et nu. 7. lex regia 7. tit. 3. p. 5. ibi Greg. Lopez verbo bien. affi. Qui rationi Abbatis respondet, coipso quod per Ecclesiam recipi permittit, censetur quoque permittere distrahri bona illius ad depositum restitutum.

38 Nec possunt Ecclesia, vel monasterium iuvare beneficio restitutionis in integrum, quando dolo in re deposita deliquerint: quia Ecclesia equiparatur minori, c. 1. de restitutione in integrum. At minor non restituitur quando praesertit dolo, ut late probant multis allegatis sicuti dolo de restitutione in integrum, p. 2. q. 83. tit. 1. c. 1. ar. 2. Atque ita docent Jo. Andr. c. 1. nu. 2. de deposito, et ibi Imol. nu. 6. et ibi Card. nu. 2. notab. 2. Greg. Lopez nu. preced. allegatur, quod si solum esset in lata culpa, sicuti Joann. Andr. et Card. ibi, adhuc non competere sibi restitutionis beneficium: quod lata culpa aequiparetur dolo, L. quod Nervus. ff. de furtis. At contra-ria tenet Imola utroque loco citato, quia minor, cui Ecclesia equiparatur, restitutionis beneficio gaudeat adversus latam culpam, quae solum praesumptum tantum inducit, ut late probat sicuti dolo de, quae. 83. ar. 4. de qua re vide Cal. l. si curatorum, verbo vel adversarii dolo, nu. 63. et 63. C. de in integrum restit.

39 Quod si quaeras, quando censetur depositum factum Ecclesiae, vel monasterio, et respondeo, quando sit de consensu Praelati, et Capituli, aut ipsius praesentibus, nec contradicentibus, cum possint contradicere, quia hi representant Ecclesiam. Sic colligitur ex textu c. 1. de deposito, et tenent ibi Glossa verbo persone, et ibi Card. nu. 7. q. 9. Anchar. in fine. Abbas num. 10. lex regia 7. et ibi Greg. Lopez verbo perlatio, tit. 3. p. 5. Atque idem est dicendum, si Abbas, et Capitulum aliquem deputasset ad recipienda deposita, et apud illum depositum esset: secus si ad specialia deposita, et ille limites fere potestatis transgressus alia recepisset. Et ita docent Caradinalis, Ancharanus, Abbas, Gregorius Lopez ibidem.

SUMMARIUM.

An religiosus possit esse fideiussor? num. 38. Quid de Praelato regulari? nu. 39. An valeat fideiussor referre quadam sententia, nu. 40. Sententia auctoritas, nu. 41. An religiosus cum licentia existens in studio, possit fideiubere, vel penultimam causa studii sibi concessam fideiussione illa obligari, nu. 42.

38 Quartum interdicitur religiosi fideiubere, nisi de licentia Praelati, et majoris partis Capituli, ut expressè habetur cap. penultimo de fideiuss. et l. regia 2. tit. duo decimo parte quinta exigitur quoque utilitas monasterii, iuxta cap. 1. de hospitalit. ut bene docet Hoff. ex cap. penult. num. 2. At in religione, in qua Capitulum non congregatur, ut in Societate JESU, laici est facultas eius superioris, qui iuxta statuta, et eius privilegia potest eam concedere, ut bene docet Molina tomo 2. de just. disp. 540. col. 14. vobis religiosi vero.

39 Quare nec Praelatus monasterii id poterit absque consensu maioris partis capituli, cum nec ipse absque eo consensu facultatem fideiubendi concedere possit. Et ita docent Sylv. verbo fideiussor q. 4. et ibi Angel. nu. 7. Armill. n. 4. Tabiena q. 3. n. 4. Leonard. lib. 2. de iustitia c. 28. dubio 2. nu. 20. Quod bene ait Sylv. intelligendum de assensu explicito, vel implicito, ut in re medica, de qua potest Abbas disponere ex tacito Capituli consensu. Atque idem est dicendum, ubi superior non indiget consensu Capituli ad eam licentiam dandam, iuxta dicta num. preced. Sicut enim superior ille possit eam licentiam concedere absque consensu Capituli, ita potest quoque ipse fideiubere, id utilitate monasterii poscente iuxta dicta num. preced.

40 Sed contra verba est, an si de facto fideiubebat religiosus absque praedicta licentia, sit irrita fideiussio? Quidam sententiam eam validam fore, et faciendam executionem in peculio talis monachi, quia clericis similiter interdicitur fideiussio, si tamen fideiubebat, tenentur, ut constat ex c. 1. et 2. de fideiussor. et ita docent Faber insit. quod cum eo §. qua dicitur nu. 2. et ibi Angel. §. ceterum nu. 1. Anselmus in decisione capelle Tholosana 34. num. 3.

41 Sed dicendum est, fideiussionem esse irritam, quia diversum est in clericis, quibus solum prohibetur pro laicis fideiubere, quod id statum eorum dedecet. At religiosi interdicitur quatenusque fideiussio absque praedicta licentia, ut quod proprium non habeant, quod alteri obligent. Atque ita, cum obligent absque legitima licentia, erit irritum, quod faciunt: sicut si absque legitima licentia aliquid donent, vel alio modo disponant. Et ita docere videtur Hostiens. c. penult. nu. 2. de fideiussor. dum ait religiosum absque licentia fideiubentem non obligari: et tenent Joann. Andr. c. 2. n. 6. ne clerici, vel monachi, in 6. et ibi Archid. n. 7. Domi-

nicus ibi in principio nu. 10. Francus in principio nu. 6. Item Archid. c. cum postoris 2. qu. 7. num. 4. et ibi Bellameria, num. 2. Faber §. at nec sine, insit. de fideiussor. D. Anton. 3. p. 10. 24. c. 53. in fine, Rosella verbo, excommunicatio, c. 1. c. 10. in fine, Sylv. verbo excommunicatio, c. 1. nu. 55. in fine, Gregor. Lopez l. 2. verbo de las obispos, tit. 12. p. 5. Molina tomo 2. de just. 540. col. 14. vobis religiosi vero Azor. tomo 1. insit. moral. lib. 12. cap. 11. qu. 2.

42 Immo quamvis religiosus de superioris licentia existens in studio, possit contra dolo inire, nequit tamen validè fideiubere, ut docent Glossa c. ex parte, verbo licet de accusat. Felin. num. 1. c. ex parte, nu. 2. de accusat. Jo. Archid. c. 2. nu. 6. Dominicus, Francus, D. Ant. Rosella, nu. preced. allegati, Surdus de alimentis, tit. 8. p. 101. 97. num. 1. Quia solum potest contrahere, et obligare monasterium in iis, quibus ad necessarias studii expensas indiget, ut suo loco dicemus, inter quae fideiussio non computatur, Quare bene ait Abb. c. penult. num. 3. de fideiussor. nec tunc obligare fideiussione illa periculum causa studii sibi concessum. Quippe ea fideiussio est extra studii causam, et addo, quia etiam fideiussio non valet.

SUMMARIUM.

An religiosus possit ad gradum doctoratus promoveri? Referatur quadam sententia, nu. 43. Potest promoveri in Theologia, vel iure canonico, nu. 44. Quid in iure civili, et medicina? nu. 45. An existens de licentia superioris in studio, possit absque alia licentia ad doctoratum promoveri, et teneatur monasterium ad expensas nu. 46. Quid de Franciscanis? nu. 47. Quid de religiosis Societatis JESU? nu. 48. An valeat gradus a religioso susceptus ab alio superioris licentia? nu. 49.

43 Tandem agendum est de gradu doctoratus, an interdicitur cum sit religiosus ad eum promoveri. Restituitur praedictum beneficium, titulo de dispensatione cum regularibus, numero 27, ait, nullum doctoratus gradum in Theologia, vel iure canonico tribui debere religiosi: atque in iure civili, vel medicina certum esse nequaquam posse religiosum ad gradum doctoratus promoveri, quia ipsi interdicitur iuri civili, aut medicinae studere c. non magnopere §. super specula, vel monachi. Ergo et Doctoris gradum in illis accipere. Immo Joann. Andr. regula cum quid prohibetur 39. de regulis iuris in 6. nu. 14. vobis, regula solationis quaestio, dubitat an concessio privilegio a Papa religiosi, ut audiant ius civile, possint ad doctoratus gradum in eo promoveri, et ante factum dicit ab ea promotione abstinendum.

44 Prima conclusio sit. Absque dabo dicendum est, posse religiosos ex superioris licentia ad doctoratus gradum promoveri in Theologia, et iure canonico. Ratio est, quia nullibi interdicitur eius gradus assumptio, necque hanc facultatem studium. Atque ita docent Calder. consil. 2. de iur. Felinus c. cum dilectis, num. 19. de referrip. Cajet. 2. q. 186. art. 7. ad 4. in fine. Archid. c. monachus, c. 1. p. 16. q. 1. num. 1. Guillelmus Benedicinus cap. Raynuitus, verbo, et uocem nomine Adelastam, in princ. num. 213. Sylvester verbo Doctor, q. 6. num. 7. Tabiena verbo, magister, q. 2. num. 3. et ibi Armilla n. 4. Navarrus comment. 3. de regul. numer. 2. vobis, tertio dicto. Salcedo in pract. can. Bernard. Dia. 2. §. 59. penult. Manuel q. 9. reg. tomo 2. q. 74. art. 1.

45 Secunda conclusio. Religiosus, qui iuri civili operam dederat, potest ex sui superioris licentia promoveri ad doctoratum in iure civili. Ratio est, quia c. non magnopere, et c. super specula, ne clerici, vel monachi, sola auditio iuris civilis, aut medicinae exendo claustrum interdicitur. At longe diversum est promoveri ad gradus in his facultatibus quas religiosi in saeculo didicerant. Atque ita docent Calder. Felin. Navarrus, Salcedo, Manuel num. praecedenti allegati. Immo si in religione ipsa huc facultati operam dedit, etiam e claustris exiens, quamvis peccarit, poterit tamen ex superioris licentia ad gradum doctoratus in illa promoveri, quia hoc posterius nullibi prohibuitur est, nec peccatum praecedens studii huius facultatis reddit religiosum ineptum doctorati. Atque idem censetur de promotione ad doctoratum in medicina, quia nullibi est prohibitum, sed sola auditio.

46 Tertia conclusio. Religiosus missus a superiori ad literas addidendas, censetur quoque licentiam habere, ut ad doctoratus gradum promoveretur, ac prout expensas in eius gradu consumptas teneatur monasterium solvere. Atque ita docent Felinus laicius probans c. cum dilectis nu. 18. et 19. de referrip. et c. ex parte, num. 3. de accusat. Navarr. tomo 2. de regul. num. 2. vobis, tertio dicto. Surd. de alimentis tit. 8. privileg. 97. nu. 4. et 5. quod bene limitat Felin. c. c. ex parte num. 3. de expensis necessariis non sumptuosus.

47 Quarta conclusio. Fratres Franciscani possunt etiam ad gradum doctoratus promoveri, dummodo cursus per constitutiones Apollolicas, et sui ordinis instituta decreto per fecerint, et idonei existant, et in Universitatibus ab ipso ordine per generalia Capitula specialiter electis. Sic enim statuit Martinus V. ut refert Manuel q. 9. regular. tomo 2. q. 84. art. 2.

48 Religiosi Societatis JESU non possunt ad gradus Philosophiae, vel Theologiae promoveri sine Praepositi Generalis facultate: habetur in consil. p. 4. c. 6. §. 10. et 17. et c. 15. §. 3. et regul. 52. officii Provincialis.

49 Tandem difficultas est, an valeat gradus doctoratus, vel alius receptus a religioso absque superioris licentia; Brevis respondet, et bene Manuel q. 9. regular. tomo 2. q. 73. ar. 3. si religiosi sine ordinis Praedicatorum reformatorum, seu de observantia provinciarum, aut congregationis Hospitalium, et praesentiam alimere quatenusque gradum in sacra Theologia, nisi ad illum per Capitulum dictae congregationis expoliti fuerint, erit irritum, quod faciunt: sic enim statuit Innocent. VIII. cuius decretum ibi refert. Unde infert ibi Manuel, hanc penam non extendi ad reliquos fratres non reformatos, neque ad reliquos religiosos, immo neque ad reformatos, qui non ex praesumptione, sed ex ignorantia, vel oblivione ad eos gradus promoti sunt; quia decretum illud praesumptionem requirit. Immo addo non incurere, quamvis ignorantia esset mortalis culpabilis, et quantumcumque crassa, dummodo non esset ingens temeritas; quia huiusmodi ignorantia, quae non ingentem temeritatem claudit, excusat a poena praesumptionis imposita, ut late probavi lib. 9. de matrim. disp. 32. num. 38. et 39.

CAPUT XV.

De clausura monialibus indicta quoad ingressum et monasteris.

SUMMARIUM.

Quot quaestiones disputanda sint? num. 1. Proprius textus, et motus proprii clausurae monialibus indidentes, num. 2. An sit solo iure humano indicta? num. 3. An contraria consuetudo possit hinc clausurae praeposito derogari? num. 4. Qualiter monialibus strictior clausura indici potest, num. 5. Qui sint limites, intra quos clausura monialium continetur, et an illis integritas sit Ecclesiae, et absque ad portam exteriorum, dum clausura sunt, egredi? num. 6. An clausuram violentam supra solis regulas ascendat? num. 7. Quid intelligat Pius V. in motu proprio per monasteria, si de motu: et qua sit natura dictissimi, seu, et live, num. 8. An clausuram violenter monialis egrediens domo privata, intra quam est inclusa, vel transiens ad domum monasterio contingat? num. 9.

1 Duplex iure indicitur regularibus clausura: prior quoad egressum et suis monasterii: posterior quoad ingressum extraneorum intra illa. Diversa autem quoad iurumque indicitur monialibus, et viris religiosi, de quibus scorum agendum est. In praesenti ergo cap. tractandum est de clausura monialibus iure indicta quoad egressum et suis monasterii: estque quantumplex disputanda quaestio. Prima est. Qualis clausura, et quo iure monialibus indicta sit: et qualiter strictior indici poterit. Secunda. Quae moniales illa ligentur. Tertia. Cui sit eas ad hanc clausuram cogere, et licentiam egressus legitima causa. Ul-tima. Quae censura lata sit contra moniales clausuram hanc non servantes, vel eius faventes.

2 Prima est. Qualis clausura e iure monialibus indicta sit, et qualiter strictior ea, ad quam ex vi suae regulae, aut voti tenebantur, indici poterit. Praemittendum, est, clausuram monialibus, eo quod collapsa erat, non absque gravi earum honestatis dampno, indictam strictissimo praeposito esse a Bonifacio VIII. c. periculosus, in princ. de statu regularium, in 6. his verbis: Praesenti consuetudine propterea irregulariter valde sancimus, univrsis, in princ. de statu regularium, atque futuris; quatenusque religiosi sint, vel ordinis sint, vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cetero permanere clausura, ita quod nulli earum tacite, vel expresse professio sint, vel esse valeant, quatenusque ratione, vel causa (nisi forte tanto, et tali morbo evidenter eam laborare constaret, quod non possit cum aliis abique gravi periculo, seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas concedatur. Sed quia constitutio haec in aliquibus locis recepta non erat, in aliis vero in delictuinem abierat, Tridentinum sess. 25. de regularibus c. 5. rigidissimis verbis hanc consuetudinem innovavit, eam inviolabiliter servari in posterum praecipiens, et idemmet Tridentinum eadem sess. de regularibus, c. 22. praecipit omnia contenta in tota ea sessione servari, non obstantibus quibuscumque statutis, et privilegiis quatenusque firmitate munitis, et quibuscumque praescriptionibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, unum autem ex contentis in ead. sessione, cap. 5. et haec clausura. Et postea Pius V. in quadam motu proprio incipiente; Circa praesentis officii, edito anno 1566. quarto Kalendas Junii innovavit, ac districtè observari praepositi praedictam Bonifacii VIII. consuetudinem, et decretum Tridentini, explicans amplius, quae moniales hanc clausuram teneantur. Atque idem Pontifex anno 1569. Kalendis Februarii a lium edidit motum pro-

prium, qui incipit, Decretis, et honestati, quo rigidius eamdem clausuram praepositi, explicans iustas concedende licentiae ad egressum causas, variisque poenis afficiens moniales clausuram violantes, atque illis auxilium aliquod impertientes. Et tandem Gregor. XIII. anno 1572. tertio Kalendas Januarii motu proprio, qui incipit; Deo factis virginibus, eamdem clausuram confirmavit, explicans quae loca sub illa claudantur: quae omnia toto hoc capite explicabuntur.

3 Circa quam prohibitionem primo dubitatur, an clausura haec solo iure humano monialibus indicta sit, an potius iure naturali, et divino? Quidam, quo tacito nomine refert Azor. hanc allegandus asserunt eandem quod Bonifacius VIII. dicto cap. periculosus, dicit, ideo fe clausuram praecipere, quod exiit a monasterio sit monialibus periculosus, et noxius. Et Pius V. in motu proprio incipiente; Decretis, et honestati, ait esse scandalis, et periculosum plenum, Atque Tridentinum d. cap. 22. et Pius V. motu proprio incipiente; Circa praesentis officii, derogant contrariae consuetudini, etiam temporis immemorabilis: quae omnia locum non haberent, nisi haec prohibitio iure naturali, aut divini esset; quippe solo iure humano prohibita non sunt mala ante eam prohibitionem, atque adversus illa consuetudo vires obtinet. Ceterum absque dubio dicendum est, eam prohibitionem solum humani iuris esse: nec enim factis litteris, aut traditione alius divina quomodocumque clausura clare deduci potest, nec in tribus religionis votis clauditur. Praeterea, quia Epiphania, quam Divus Martinus religiosam effecerat, ut habetur in eius historia, et aliquot aliae moniales tempore Apostolorum clausuram non servabant: immo nec tempore D. Augustini servabant, ut colligitur ex eius epistola 109. ubi monialibus suae fori subiectis, regulam praescribens, tantam egrediendi facultatem ad balnea, et ad alias res necessarias concedit, quantum canonicis regularibus in sua regula. Nec obstant contraria, quia ii textus minime decernunt exitum e monasteriis fuisse ante iuris humani prohibitionem illicitum, sed per illud iure optimo interdici, ad pericula contra castitatem, et scandala, quae inde confurgere poterant, praevendenda: nec decere de praeposito contraria consuetudine in posterum inducenda aboleri non posse, sed solum iam indictam abrogantur. Et ideo huius sententiae sunt Navarrus comment. 4. num. 39. vers. 14. et numer. 42. vobis, quibus tamen, de regularibus, Azor. tomo 1. insit. moral. lib. 13. cap. 8. quae. 2. Manuel q. 9. regularis, tomo 1. quae. 44. artic. 1. initio. Llamas methodo curatiois, in appendice, quam in fine ponit, §. 1. Vega 2. tomo summa, cap. 86. casu 19.

4 Hinc deducitur, posse alicubi consuetudine esse derogatum his omnibus decretis clausuram indidentes, quia possunt non esse recepta, aut contraria consuetudine abolita, quippe cum solius iuris humani clausura haec sit, potest contraria consuetudo praevaleat. Sic Azor. eodem cap. 8. quae. 2. vobis, ex his planè, et vobis, item quarebar. Quare minus bene Llamas methodo curatiois, in appendice, quam ponit ad finem, §. 2. in fine, dicit contra hanc clausuram non potuisse consuetudinem, aut fatuta religiosi vim habere ullo tempore, quia etiam ante iuris humani statuta vim habuisset clausura: quia tacite clauditur in voto tamquam necessaria ad castitatis promissae observantiam. Sed si hoc argumentum vim haberet, fallum esset, quando diximus esse de solo iure humano, quod tamen non est, sed verissimum: quamvis enim tacite lub obedientia, vobis quidquid secundum regulas praecipit superior; et ad quod ista illas praecipit superior, est merum ius humanum, et ita consuetudo potest praevaleat contra illud: sicut iure divino tenentur obedire Pontifici; at praepositi illius solo iure humano obligant, possuntque contempnere aboleri.

5 Secundo dubitatur, qualiter monialibus strictior iure Pontificio clausura indici poterit ea, ad quam ex vi suae professionis, aut regulae tenebantur, cum constantissimum sit, religiosi nihil excedens suae professionis, aut regulae limites iuberi posse. Sed de hac re diximus supra in hoc lib. c. 2. num. 42.

6 Tertia difficultas est, qui sint limites, intra quos clausura monialium continetur, quosque praeteregrediendo clausuram violentam. Hanc rem explicuit Greg. XIII. quadam motu proprio edito anno 1572. 3. Kalendas Januarii, qui incipit; Deo factis virginibus, ubi sic ait Declaramus praeterea, nullis monialibus, etiam veteribus, licere habere officium, per quod ex monasterio interiori possit ibi iurum monialium Ecclesiae exteriorum, in quam facultatis ad Missas, et divina officia patere solent accessus, sed omnino muro obstruendum. Nec itidem licere monialibus, etiam veteribus, egredi a janua monasterii, quae est pro clausura monasterii ipsius, etiam ad claudendum aliam ulteriorem januam, quae patere solent habitis facultatibus unitalibus ad votum, vel ad votum, seu loca colloquii destinata, quae ungo parlatoria vocantur, vel ad pulcherrimum istum januam clausuram, quae loca cum saltem pro causis praedictis patere solent secularibus, extra clausuram consensu abeant, etiam quo tempore clausa sit. Ex quo deducitur locum clausurae esse eum, qui janua clausa continetur, ad quam secularibus non patet accessus. Atque ita si loca eiusmodi sit, in quem saeculares admittuntur, et extra monialium clausuram, illaque excedo eam violant, ut constat ex dicto motu proprio